quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito, ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda. Citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Nicolaus Jaworski Dubik sive illius Successores ad instantiam praefati Nobilis Georgii Jaworski Dubik fratris sui Recognoscentis germani, Obligatarii sui, vel eius Posteriorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, extunc recessu suprascripto, quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Juri parere, respondere, vadium praefatum Luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum Legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Exercitum vel aliis quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximas Officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo nullasque Motiones Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Paenis simplicibus, vel triplicatis Evasionibus, Suspensionibus, fatalis Juris, praescriptione Terrestri bello, Conventioneque ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis euadendo, Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia Mediante.

Idem Matkowskiemu obligat

1798

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus, Nobilis Nicolaus Jaworskij Dubil. sanus mente et corpore existens à Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis primbus suis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni, quoad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Bona sua propria et haereditaria infrascripta,

751 videlicet Fundum agri Hortel. Przypor Zalomica v Mlynana na Urbanach in Sorte Iwanczykowska nuncupat. in Bonis Villa Nyzne Wysocke in Palatinatu Russiae, Terra vero et Districtu Premisliensi iacen. et consisten. cum omni praemissorum Jure, Dominio, proprietate, tituloque obligatario, cumque omnibus et singulis eorundem Bonorum fundi praefati utilitatibus, fructibus, proventibus, reditibus, commodis, emolumentis, obventionibus, attinentiisque et pertinentiis generaliter universis, nihil ex praemissis Juris, Dominii, proprietatis, ac alicuius competentiae et praerogativae pro se Recognoscente suisque Successoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum ita late, longe, circumferentialiterque prout eadem Bona fundi praefati, ipsemet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat, ipsumque concernebant, ac eidem legitime serviebant; Jam ex nunc et de facto Nobili Lucae Mathowski Sarogosowicz eiusque Posteris, in Summa Centum Florenorum Polonicalium, iam per se Recognoscentem Levatum et percepta, de qua praeventibus quietatur, hinc et ab Actu praesenti ad Diem et Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo proxime et immediate venturo incidens, et in defectu protunc eorundem Bonorum fundi memorati Exemplione

Summaeque memoratae Centum Florenorum Polonicalium tota-
lis et integrae realis persolutionis, ex nunc de Anno ad An-
num, Festo ad Festum pro simili die et Festo Conversionis
Sancti Pauli Apostoli se determinan. Annis et Festis se
se continue et immediate sequentibus usque ad exemptionem
Bonorum eorundem, Summisque memoratis totalis et integrae
realem et effectivam persolutionem obligavit, inscripsit, et
invadiavit, prout obligat, inscribit, et invadiat praesentibus.
In qua quidem Bona suprascripta fundi praefati, prae-
missaque omnia praesentibus per se Recognoscentem obli-
gata et invadiata, iam ex nunc et de facto is idem Recogno-
scens Nobilis Nicolaus Jaworski Dubik, praefato Nobili Lu-
cae Matkowski Sorogosiowicz obligatario suo, eiusque Poste-
ris, coram Officio praesenti dat et admittit realem Intromissio-
nem, et actualem, pacificamque Possessionem, per Ministeria-
lem quemcunque competentem, et Nobiles duos die quacunque
voluerit officiose acceptandam. Per ipsum obligatarium
suum, ipsiusque Posteros, haec eadem Bona, praemissaque omnia
praesentibus invadiata, cum universis eorundem utilitatibus et
usufructibus attinentiisque et pertinentiis generaliter omnibus
tenendi, habendi, et possidendi, iisque quiete et pacifice
utifruendi, ac ad usus suos suorumque Successorum quosvis bene
placitos libere et effectualiter convertendi, modo ac iure obliga-
torio. Debetque et tenebitur memoratus Recognoscens
Nobilis Nicolaus Jaworski Dubik, prout se ac suos Successo-
res, in et super Bonis suis generaliter omnibus, Summisque
pecuniariis quibusvis habitis et habendis eidem suprascripto
obligatario suo inscribit et obligat praesentibus, ipsum et eius
Successores, in dictis Bonis praemissisque omnibus praesenti-
bus per se Recognoscentem invadiatis, et ratione eorundem
omnium, ab omni et quavis impetitione iuridica quarum-
cunque personarum, cuiuscunque Conditionis, Status, et

1800

Sexus cuiuscunque existentium exorienda, in omni Iudicio et Officio Regni, semper toties quoties opus fuerit tueri, defendere, evincere, intercedere et eliberare, indemnemque cum Posteris reddere, nec non hæc eadem Bona præmissaque omnia præsentibus per se Recognoscentem obligata et inuadiata ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super præmissa omnia modo quopiam cuicunque personarum factis et faciendis, tum etiam a quibusvis Citationibus super eadem Bona, suprascripta, modo quocunque impetratis et impetrandis, Lucris denique et Perlucris Processibusque Iuris quibusvis, in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus, et in quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis ac super præmissis omnibus præsentibus obligatis perductis et perducendis emundare et eliberare, mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem præfatam coram Officio præsenti demissam in fundo Bonorum eorundem præsentibus inuadiatorum, dum per Ministerialem competentem et Nobiles Viros Officiose requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem, Possessionem et usumfructum præmissorum præsentibus inuadiatorum, quovis modo tam per se, quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non præpedire nec adimere, ipsumque Obligatarium suum et illius Posteros in præmissis omnibus præsentibus obligatis nullo modo iniuriari, ita ut hæc eadem Bona, præmissaque omnia præsentibus inuadiata, idem obligatarius suus cum suis Posteris quiete et pacifice præsentis Inscriptionis obligatoriæ vigore, tenere habere et possidere queat, illisque utifrui possit, usque ad exemptionem Bonorum eorundem, summæque memoratæ totalis et integralis realem ac effectualem persolutionem. Idque

sub vadio similis summæ Centum florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem Nobilem Nicolaum Jaworski Dubik sive eius successores, suprascripto Nobili Lucæ Matkowski Sorogosiowicz obligatario suo, ipsiusq successoribus ob non completionem præmissorum omnium et singulorum tam in parte, quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio, modo præmisso ad solvendum succubito, ac pro re aliqua principali ex præmissis non completa complenda citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Nicolaus Jaworski Dubik sive eius successores, ad instantiam præfati Nobilis Lucæ Matkowski Sorogosiowicz obligatarii sui, vel eius Posterorum, ad Officium præsens Castrense Capitaneale Premisliense, extunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante, semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare, Juri parere, respondere, vadium præfatum Luere, Inscriptioni præsenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes causæ eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro maiori, minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta, ad Quietorem, vel aliis quibusvis Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem præterea ultra proximos officii præfati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos Dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia Pœnis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, suspensionibus, fatalis Juris

1802

praescriptione Terrestri bello, conventioneque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensiis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Brodnicki Zadurskiemu cedit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus
752 Zbigneus Brodnicki Commilito Vexilli gravioris armaturae Illustris et Magnifici Andreae a Potok Potocki Palatini Kiiovien. Halicien. Kolomien. Lezaiscen. Capitanei, Rothmagistri Sacrae Regiae Maiestatis ad recipienda infrascripta stipendia vigore assignationis Thesauri Regni cohorti eidem suprascripti Illustris et Magnifici Rothmagistri Sacrae Regiae Maiestatis provenien. Deputatus, sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc atque se cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse de summa Mille Quingentorum Quadraginta Quinque Florenorum, et Grossorum Octodecim Polonicalium, suprascriptae Cohorti vigore assignationis infrascriptae in Vim Quartae de Bonis Villae Wyszatycze hic in Terra et Districtu praesenti Premisliensi consisten. pro Annis, incipiendo ab Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Septimo, usque ad Annum Millesimum Sexcentesimum Septuagesimum proxime praeteritum proveniens et ad Thesaurum Regni delata, per eandem vero assignationem suprascriptae cohorti assignata, necnon de